

1923

CODICES

1924

Alterius :

*Hortt zw Inn diesem gottes Haufs.**Ich tail euch beint das abblafs aus &c.*

Precationes tres vernaculae ad Deum Patrem, Filium et Spiritum S. pro vera, ut dicitur, Ecclesia his ultimis periculosis et tristibus temporibus.

Epistola, ut videtur, ἀπολογητικῆς Ministrorum Ratisbonensium ad Ambergenses germanice data die Sim. et Judae Apostt. 1553. qua illos ab Erroribus Interimisticis et Adiaphoristicis dehortantur. Decretum enim illud in favorem Papae datum, Ecclesiam non posse simul esse Sponsam Christi et Antichristi; se ipsos aliquo etiam tempore Hypocritas egisse, sed resipuisse &c. Praecipue monent, ne patiantur Suos, dum funera comitantur, impiarum se cerimoniarum participes reddere.

Demum Rhythmi quidam pii, Fragmentum de Observantia Diei Dominicae, et Precationes e Psalmis depromptae.

CCCCXCI.

537 Codex chartaceus germ. Sec. XVI. Folior. 7. 4. est Sermo Theologi Protestantis in die Innocentium, inscriptus: *Vonn denn vnnschuldigen Kindlein zw Bethlehem. Matth. 2. Jerem. 31. Psal. 8. Marc. 10. Init: Lasset die Kindlein zu mir kommenn, dann sollicher ist das Himmelreich. Wie ist es denn Kindlein zu*

Bettlehem ganngen. Do die Weisenn aus Morgenlandt genn Jerusalem kamendt &c. Disquiritur hic: quare hi Infantes adpellentur Innocentes? Quid ex eorum Historia discendum? Quomodo agenda festa eorum memoria? Quomodo Matres adhortari debeant Proles suas ad omnia pro Deo toleranda. Job. Matthesium autorem suspicor aut aliquem e primis in Austria Pastoribus Lutheranis.

CCCCXCII.

Codex chartaceus lat. Sec. 919 XVI. Folior. 103. 4. non una manu exaratus, passimque refectus, correctus et inculcatus, est *Catalogus Testium Veritatis, qui ante nostram aetatem reclamarunt Papae, compilatus a Matbia Francovich dicto Flacio et a Patria Albona Istriae Illyrico, editusque primum Basileae per Job. Oporinum, ut frons, per Mich. Mart. Stellam vero 1556. 8. ut calx praefert, dein Argentinae 1562. f. cum Appendice, quae tamen sub finem Basileae ex Officina Joannis Oporini 1562. prodivisse dicitur. In Monito huic Appendici praefixo Catalogus ipse hac editione Argent. amplius quam tertia parte a Collectore ipsius auctus fertur. Ampliorem insuper reddidit Sim. Gulardi industria*

1925

P O L E M I C I.

1926

dustria, in editt. Genev. 1597. 4. 1608. f. non paucis, quae Reformatis faverent, infarctis, ut docet *ἀνοψία*. At Exemplum nostrum *ms.* fine die et consule primum, aut in primis fuisse videtur, in quod conjecit *Illyricus*, quae ex libris, Bibliothecisque, quas piceatis adibat manibus, in rem suam congefferat, partim suo, partim alieno calamo usus, laciniis chartae etiam hinc inde interpositis, et delictis variis, quae jam conceperat. Ita e Testium suorum numero *Jobannem Scriptoris O. M.* et *Reginaldum Pecock* (Peacock) Ep. *Cicestr.* expunxit, quos in Editis jam non reperio. Ceterum ut labore steterit Nostro tot Viros *Papae reclamantes* in unum concire, magis arduum fane fuisset hos Viros inter se ipsos conciliare. Alium *Testium Veritatis Catalogum* illi ab *Guil. Eifengrenio Dilingae 1565.* f. oppositum fuisse, notum est.

CCCCXCIII.

876 Codex chartaceus lat. Sec. XVI. Folior. 74. f. inscribitur I. In *Epistolam D. Pauli ad Galatas annotationes ex collectaneis Magistri Nicolai Galli Ratisponae praedicatis*. Tractatio tota in *Homiliis XXIV.* abit multis divisionibus et articulis interstinctas. Initium est: *Ex 1. Homilia primae propositiois. De Galatis dictum est, quod inuenies in annotationibus Lutheri ad Galatas. Applicatio ad nostra tempora. Pauli Denis Codd. Theol. V. I. P. II.*

lus in *Epistola disputat non solum de Ceremonijs Mosi, sicut Origenes, Hieronymus, Chrysostramus et Theophilus falso opinantur &c.* Finis: *et publica fama. Et hec pro primo tractatu sufficiant.* Memorantur hae *Annotationes* in *Lexicis Universali* et *Joecheriano*, ubi de vita Autoris patria *Cothenensis* dicti *Habn.* a. 1570. defuncti agitur; utrum vero typis excusae fuerint, hactenus ignoro.

II. fol. 67. *Collectanea ex commentarijs N. supra Osea.* Praecedunt tamen *Notae* duae, una *de Christo*, altera *de Scriptura sacra*, ad *Commentaria*, ut videtur, non pertinentes. Haec vero ita incipiunt: *Nemo sine spiritu sancto intelligit prophetas. Verbum domini ut factum est Oseae. Vane laborant omnes ut intelligant uerba dei qui carent illustratione Ihesu et spiritu dei &c.* Mox ad verba: *In diebus Oseae,* inquit *Declamatio inscripta: De mala uita clericorum,* et procedit usque ad C. IV. v. I. Cetera deperdita sunt. *Job. Wiclefi* esse haec *Commentaria* notavit in *Indice ms. Gentilotus ὁ μαχαρίτης*; sed, praeterquam, quod nullibi inueniam, *Oseam* a *Wiclefo* expositum fuisse, avertit me, quod fol. ult. sub titulo: *Contra Clerum in terra Bobemiae,* legitur: *Non fuit a seculo intergentes unquam uisa aut audita similis Saxonia, sicut modo in nostra praesentia exercetur a Clero Taboritarum &c.* Quid *Wiclefo* a. 1387. in *Anglia* mortuo cum

Z z